

remotius, omnia areant; campis passim canentibus, urfis, vulpibus, aliisque carnis bestiiis omnia ibi infestantibus. Quinquagesimo sexto, postquam solve- rant, die, reVecti ad LXXV. gradum, com- munibus suffragiis disiuncti; uni quidem versus Septentrionem ad LXXX. gradum reversi, ob continuas tempestates Colam (Lapporum est oppidum) salva navi re- mearunt; alteri vero post infinitas cala- mitates & inextricabiles fere periculorum ab feris, frigore, fameque casus, quum in Nova Zembla gradu altitudinis LXXVI. exstructo, ut poterant, tugurio, novem aut circiter menses hæsisserent, relicta inter glaciales Oceani montes Navi, Navar- choque Gulielmo Barendsonio ibi defun- cto, cū duobus lenunculis emensi æquor quadringentorum milliarium, Colam multis difficultatibus conflictati ad Navi- gationis venerunt socios; cum quibus in communem navem recepti, in Hollan- diam anno MDLXXVI. Novembris initio revererunt; quum nomina variis Portubus Insulisque, de quibus suo loco, in singularum expeditionum memoriam reliquissent.

Ad quid hæc omnia? ut doceam, nihil non, ut olim, sic etiam hodie vel naviga- ri, vel posse saltem. Nihil dicam de Na- vigationibus Europæorum Mediterra-
neis.